

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum prædestinatio imponat necessitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. XI. ART. II. ET III.

AD SECUNDUM dicendum, quod vniuersale dicitur esse ubique; & semper magis per remotionem, quam per positionem. Non enim dicitur ubique esse & semper, eo quod sit in omnibus locis, & in omni tempore, sed quia abstrahit ab his quae determinant locum, & tempus determinatum: & præterea, vniuersalia non sunt subsistentia.

AD TERTIUM dicendum, quod subsistitia spiritualis excedit corporalem, ex celo dignitatem naturæ, sed non in virtute agendi: immo videmus quod multa substantiae spirituales habent determinata corpora, in quibus agent, sicut anima rationalis corpus humanum.

AD QUARTVM dicendum, quod si rex non est ubique; per totum regnum, est ex defectu regis terreni propter circumscriptionem sue substantiae. Deus autem cum sit incircumscripturn, est ubique: & tamen si non esset ubique, nihilominus gubernaret opera prouidencia sua. Unde in rege terreno non esse praesens est ad defectum, sed quod gubernet in absentia est ad commendationem. Deus autem & ubique est, & omnia gubernat.

AD QUINTVM dicendum, quod homini distanta & propinquitas creaturarum ad Deum non est secundum locum, sed secundum similitudinem & dissimilitudinem. Nam illa quae magis assimilantur Deo, dicimus esse sibi propinquiora: quae vero magis recedunt a similitudine ipsius, dicimus esse sibi remota.

AD SIXTVM dicendum, quod dato per tota machina mundialis esset unus corpus continuum, non tamen propter hoc posset imaginari quod esset ubique, sed in uno loco tantum, quia totum illud, in quo esset, acciperetur pro uno loco, & sic non attingeret quodlibet particula, quod esse ubique complectitur in sua ratione.

QUAESTIO II.

ARTICULUS II.

Vtrum Deus cognoscatur malum per bonum.

CIRCA cognitionem uero Dei quarebatur, utrum Deus cognoscatur malum per bonum, & videtur quod non, quia cognoscere unum per aliud pertinet ad defectum cognitionis sed in diuina cognitione nullus potest esse defectus. ergo uidetur quod Deus non cognoscatur malum per bonum.

¶ 2 Præt. Cognoscere unum per aliud est in cognoscendo discurrere: sed in diuina cognitione non est discursus. ergo cum cognoscere malum per bonum sit cognoscere unum per aliud, videtur quod Deus non cognoscatur malum per bonum.

¶ 3 Præt. Quicquid Deus cognoscit, cognoscit per essentiam suam: sed malum nec est effectus diuinæ essentiae, neque est ei oppositum, ut dicit Aug. ergo vnde quod Deus non cognoscatur malum per bonum.

TEx. co. 20. **¶ 4 Præt.** Philosophus dicit in 3. de anima, quod intellectus qui semper est in actu, non cognoscit priuationem.

sed intellectus diuinus est semper in actu. ergo &c.

¶ 5 Præt. Oportet quod cognoscatur, cognoscatur per aliquam similitudinem in ipso cognoscere existente: sed malum non habet aliquam similitudinem in Deo. ergo Deus non cognoscit malum per aliquod bonum quod in eo existat.

SED CONTRA est, quod Aug. dicit, quod malum cognoscitur secundum quod ab ipso bono discordat.

RESPON. Dicendum, quod propria cognitione uniuersalique rei est secundum quod cognoscitur propriam rationem. In cognoscibilius autem quod habent rationem propriam absolutam, ut homo & lapis, quorum propria ratio non dependet ex alio. Quædam uero sunt quæ non habent propriam rationem absolutam, sed ex alio dependen-

tem, sicut est in relatiuis, & priuatius, & ita negatis, quorum ratio dependet ex ordine quem habet ad aliam: nam ratio causitatis non est absolute, sed dependens, in quantum habet ordinem ad vim cuius est priuata. Cui ergo Deus animam cognoscatur secundum proprias rationes, dico quod illa, quorum ratio est absolute, cognoscitur absolute, & non per alium quod aliud. Illa vero, quorum est dependens, & in ordine ad aliam, cognoscitur secundum ordinem ad illam, ex quibus dependent. Cum ergo ratio mali non sit absolute, sed dependens, in quantum secundum discordat a bono creatus, cognoscitur malum secundum ordinem ad bonum, secundum quod scilicet discordat ab ipso bono.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod in illis que habent rationem absolute, est ad defectum cognitionis cognoscere unum per aliud, sed non in illis, quorum ratio est ad aliud, ut dictum est.

AD SECUNDUM dicendum, quod cognitionis discursus est cognoscere unum cognitum per aliud cognitum absolute: sed cognoscere unum in cognitionem, per aliud cognitum ad quod ordinatur, non est discurrere cognoscendo, & hoc modo cognoscitur malum.

AD TERTIUM dicendum, quod licet malum non sit oppositum diuinæ essentiae, tamen est oppositum effectui diuinæ essentiae. Nam bonum increatum non habet malum oppositum, sed bonis effectibus, qui causantur a bono increato, opponitur malum, & in quantum discordat ab eis effectibus cognoscitur.

AD QUARTVM dicendum, quod illud habet locum in illo intellectu, qui cognoscit res per adiunctionem & species suas, & iste modus cognoscendi non est in Deo, qui cognoscit omnia per essentiam suam.

AD QUINTVM dicendum, quod licet malum non habeat aliquam similitudinem in Deo, tamen oppositum malum, id est, bonum creatum, habet similitudinem in Deo, sicut in causa sua: & ita bonum cognoscitur per seipsum, malum vero per bonum.

QUAESTIO III.

ARTICULUS III.

Vtrum predestinatione imponat necessitatem.

CIRCA predestinationem quærebatur, utrum pœnitentia imponat necessitatem, & ostendebatur quod sic. Constat. n. quod predestinationis omnino salutis, sed hoc non est, nisi necessariu[m] est predestinationis salutari. videtur ergo quod predestinatione necessitate imponatur. ¶ 2 Præt. Ad Rom. 9. dicit apostolus. Non est voluntatis, neque currentis, sed miserationis dei. ergo ut quicquid est de salute, sed ex sola pœnitentia diuina, & ex nullo alio: & sic vnde necessitatē imponere.

CONTRA, Augustinus dicit. Qui erat te sine te, non iustificabatur te sine te.

RESPON. Dicendum, quod predestinatione certitudinem habet, & tamen necessitate non imponit. In predestinatione certitudine sunt consideranda, quorū duo presupponit ipsa predestinatione, scilicet presentia dei, & dilectione, voluntate, qua vult predestinationis salutare: & tertium est ipsa predestinatione, quæ nihil aliud est, quam directio in gloriam, quæ vult Deus rei dilecta. Quodlibet autem horum triū certitudinem habet, & tamen necessitatē non imponit. Et quod presentia diuina certitudinem habet. Deus non cognoscit res nobiliori modo, quam nos cognoscamus. Nam cognitione nostra est in tempore, & ideo intuitus noster respicit res secundum rationem temporis, scilicet presentis, præteriti, & futuri, ut cognoscatur præterita ut præterita, presentia ut presencia, futura ut futura, & certitudinaliter. Cognitione vero

vero diuina est supra tēpus, & mēsuratur ēternitate. A solū, & ideo nō cognoscit prout sunt in tempore, sed prout sunt in ēternitate, s. prout sunt p̄sēntia, & hoc tam necessaria q̄ contingentia, vnde omnia cognoscit tanquā p̄sēntia in sua p̄sēntialitate. Cum ergo etiam intellectus noster certitudinaliter cognoscat p̄sēntia, multo magis Deus omnia sibi p̄sēntia certitudinaliter cognoscit, ex quo nulla necessitas rebus cognitis inducit. Sicut videmus, q̄ aliquis existens in loco eminenti, viderit certitudinaliter ordinē veniētiū aliquorū & euntiū p̄ vias, & aliis in plano existens, nō viderit, nūl q̄ sunt sibi p̄sēntia, & in hominibus istis ex hoc nulla necessitas imponitur. Nā hoc nō est nisi ex hoc, q̄ in alto existēt intuentur oīa vt p̄sēntia, quae euntiū in piano sunt praterita, s. illa quæ retro sunt, p̄sēntia illa, s. quæ sunt iuxta se, & futura illa, s. q̄ antēriora sunt. Quod autem voluntas diuina certitudinē habeat, & tamē necessitatē non imponat, sic patet. Volumtas. Dei est efficax & perfecta causa omnium rerū: quia omnia quæcūq; voluit dñs fecit. Cuius perfectio & effacia apparet ex hoc, q̄ non solū mouet & causat res, sed etiā dat eis talē modū caufandi, in quantum cūlibet rei determinatū modū cōtulit, quo suos effectus produceret. Vnde quia ipse voluit quādā esse in vniuerso necessaria, & quādam contingētia, constituit quādā causas quibus contulit, vt cōtingenter causarent & quādam quibus contulit vt necessario causarent effectus. Vnde voluit istum, vel illū effectū non solum esse, sed etiā illo modo esse, s. vel cōtingenter, vel necessario. sicut q̄ voluit Petrum non solum currere, sed et cōtingenter currere: & similiiter voluit istum hominem salvare, sed eo modo vt arbitrii libertatē nō perderet. Et sic q̄ Petrus, vel Martinus salvetur, habet duas causas, vnam, v. voluntatē diuinā, & hac habet certitudinē: aliam librum arbitrii, & hac habet contingētia. Et sic est in alijs rebus, quia si sunt contingētia, prouenit eis ex causa p̄xima. Quod vero sine certa & necessaria, prouenit eis ex causa prima. Vnde prima causa rerum, s. diuina voluntas, est de contingētibus certitudinē habet, ex qua quidē certitudinē non imponit ipsi rebus aliqua necessitas, qā nō solū vult ea esse, sed tali modo esse, s. necessario, vel cōtingenter, vt dñlū est. Quod vero p̄destinatio certitudinē habeat, & necessitatē non imponat, similiiter patet. Motus. s. vel directio, vel proposū dirigēdi in finē, qđ est ipsa p̄destinatio, s. finē cōstitutionē ordinē caularū Deo cōstitutū. Constat autē qđ q̄n sunt duæ cause ordinatæ, quarū vna est necessaria, & alia cōtingens, effectus tēpū est cōtingētus. In p̄destinatio autē sunt duæ causa, quarū vna est necessaria, s. ipse Deus, & alia est cōtingens, s. ipsum liberū arbitriū. & ideo oportet effectum p̄destinationis cōtingētū esse. Vnde quia Deus scit, & vult istū, vel illū consequi talē finē, p̄destinatio certitudinē habet. Quia vero Deus vult vt finē libertatem arbitrii in talem finē dirigatur; ideo huiusmodi certitudo nullam p̄destinato necessitatē imponit.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ hic p̄destinatus oīo salutatur ex certitudine diuina p̄destinationis, non tñ est ibi necessitas absoluta, sed conditio natalis quia si talis est p̄destinatus, necessario salutatur, non autem est necessarium simpliciter.

Ad SECUNDVM dicendum, q̄ verbū Apostoli nō est sicut intelligēdū, quin sit necessariū velle & currere ex parte nostra, sed q̄ principiū primū bñ operādi nō

est a nobis, sed est misericordia diuina infundente gratiam, nihilominus tamen oportet quđ ex parte nostra sit aliquod principiū.

ARTICVLVS TITI.

Vtrum motus angelī sit in instanti.

C IRCA angelos quæsīrū fuit de motu angelī. Ceterū motus eius sicut in instanti. Vñ q̄ sic. Cōstat. n. q̄ mutatio angelī simpliciter est omni mutatione corporali: sed inueniuntur aliqua mutatio corporalis in instanti, sicut illuminatio, & huiusmodi.

ar. 187. o. &

1.p. q. 58. ar.

1.c. & q. 61.

ar. 6. ad 4. &

3.p. q. 33. ar.

1.ad 3.

ergo multo magis motus angelī est in instanti.

¶ Præt. Nob̄ dissimile creature cōpetit nob̄illissimus motus: nob̄illissimus aut̄ motus est ille q̄ fit in instanti, ergo competit nob̄illissime creature, s. angelo.

CONTRA. Omnis motus haberet prius & posterius: prius autem & posterius in motu est numerus temporis, ergo in omni motu est tempus, ergo nūl us motus etiam angelī est in instanti.

RESPON. Dicendum, q̄ omnis mutatio haberet terminos, quos non cōtingit simul esse. Vnde impossibile est q̄ aliquis motus, vel mutatio sit in instanti hoc modo, q̄ idem instans ambos terminos compleatur. Vnde sciendum, q̄ in rebus corporalibus duo termini motus, vel mutationis dupliciter possunt si habere. Vno modo, q̄ sit assignare instans, in quo terminus ad quem, primo est. Et aliud instans in quo terminus a quo ultimum est, & sic cum inter quælibet dūo instantia sit tempus medium, sequitur q̄ de uno termino motus in alium fiat trāitus per tēpus, & sic talis mutatio est in tempore, & non in instanti. Hoc autem cōtingit quando inter duos terminos motus est aliquid mediū acciperē, sicut inter album & nigrum, & inter esse hic & ibi: sed alii qui termini mutationis sunt, inter quos non est accipere medium, sicut inter album & non albū, inter ignem & non ignem, inter tenebrosū & luminosū: quia affirmatio & negatio sunt secundū se immediata, & similiiter priatio & forma in subiecto determinato, & in talibus licet sit accipere instanti, in quo primo est terminus ad quem, non tamen est accipere instans, in quo ultimo est terminus a quo. Cū enim inter quælibet duo instantia sit tempus mediū, sequeretur q̄ in illo tēpore medio, in neutro extremitum est, quod est impossibile, cū sint extrema omnino immediata. Oportet ergo dicere, q̄ cū illud instans, in quo primo est terminus ad quē, sit terminus aliquiū tēporis, q̄ in toto tēpore p̄cedenti dure terminus a quo, & sic cū inter tēpus & instans, qđ est terminus tēpis, non sit tēpus medium, non sit transitus de una extremitate in alia in tēpore, sed in instanti. Primo n. definit esse terminus a quo, & incipit terminus ad quē, & hīmōi mutationes dicuntur esse instantaneæ: sicut illuminatio, generatio, & corruptio: sed oportet q̄ ista mutationes sint termini motuum continuorum, & in tēpore existentium, quia tempus, in quo est ultimo terminus a quo, mensurat aliquem motum sīm quod subiectum accedit ad terminum ad quem: sicut per alterationem materia disponit ad formam, & p̄ motū localem corpus luminosum accedit ad situm, in quo illuminat, & sīm hoc dī quod generatio & corruptio sunt termini alteratioñis, & illuminatio motus localis. Sic ergo duæ sunt mutationes corporalium, sed neutra harum potest esse in motu angelī. Cum enim motus angelī attendatur sīm diversos contractus virtuales angelī ad diversa loca, qui quidem contractus non sunt continui, sequitur q̄ motus